Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quod in sudario ligauerit id est doctrinam patris familias
lignmollitter & delicate uiuendo euacuauit,
Post multum uero temporis uenit dominus seruo
rum illorum, Grande tempus est inter ascen
sionem saluatoris & secundum eius aduentum,
Si autem apostoli reddituri sunt rationem & sub
mittu iudicis sui rectum quid nos oportet
facere, At illi dominus euge serue bone & fi
delis quia super pauca fuisti fidelis super multa
te constituam intra in gaudium domini tui,
Utique seruo ut iam dixi & qui de quinq;
talentis decim fecerat & qui de duob; quat
tuor, Idem patris familias sermo blan
ditur; & notandum quod omnia quae in presenti
habemus licet magni uideantur & plurima,
tamen con parationem futurorum parua
& pauca sunt, Intra in quid in gaudium
domini tui. & suscipe quae nec oculus uidit
nec aures audiuit nec in cor hominis ascen
derunt, Quid autem potest maius dari fideli
seruo quam esse cum domino & uidere gaudium domini sui.